

(4) *Error de calidad.* Adde 29. quæst. 1. §. *his ita*, et l. *cum proponas* 5. C. de *hæred. instit.* ubi institutio servi, quem putabat quis esse liberum, tenet: ex quo infert ibi Paul. de Castr. quod si quis instituat monachum fugitivum in habitu laicali existentem, credens ipsum laicum; tenet institutio, et hæreditas acquireretur monasterio: est enim error qualitatis, et non personæ: vide per Jason. dicentem aliquam pulchra post Bald. in l. *eam quam*, C. de *fideicommissis*. et adde aliud de errore qualitatis per Joan. Andr. in cap. fin. de *conj. servor.*

(5) *Fijo de Rey.* Intellige, ut dicit suprà in gloss. in parte *e viniesse*: et sic, quod non expressit nomen Regis, sed generaliter dixit, se filium Regis; vel si expressit nomen Regis, erat talis, de quo non erat notitia: vide gloss. 1. 29. quæst. 1. in summa.

(6) *Que dicesse que era virgen.* Adde dict. §. *his ita*: si tamen esset sponsa de futuro, et ante copulam sciret illam fuisse corruptam, non tenetur illam accipere, ut in cap. *quemadmodum* 23. de *jurejur.* et notat Gloss. in cap. *raptor*, 27. quæst. 2. Et quid, si quis diceret, *contraho tecum, si te virginem invenero*, et sequuta copula non invenitur virgo? an erit matrimonium? Gloss. in cap. *per tuas, de condit. appos.* dicit, quod est matrimonium. Sed dic, secundum Cardin. ibi, quod is ista conditio non referatur ad coitum, sed ad adspectum matronarum, vel hujusmodi, non est turpis conditio, sed honesta, et suspendit actum. Si verò referatur ad coitum, est conditio turpis, quia presupponeret rem cum futura uxore, priusquam esset uxor; et sic rejiceretur, et teneret matrimonium, licet non sit virgo: et ita procedit dict. Gloss. et Doct. qui ibi eam sequuntur, et idem tenent Francisc. de Aret. consil. 82. num. 4. vers. *super tertio vero dubio*, qui subdit verbum notab. quod si verb. conditionis conciperetur de presenti, ut videlicet, *accipio te in uxorem, si es virgo*; ista conditio operabitur effectum, quod si tempore conditionis erat virgo, statim est matrimonium; si verò non erat virgo, nullum est matrimonium: hæc est enim natura conditionis de presenti, ut in l. *cum ad præsens* 37. D. de *reb. credit. si cert. petat. l. conditio* 100. et l. *si ita stipulatus fuero, hanc summam* 120. D. de *verbor. oblig.* Si tamen modus cognoscendi esset per ejus coitum, rejiceretur, et statim teneret matrimonium, ut dictum est, et probatur in cap. 1. de *condit. appos.*

LEY XI.—De la condicion que es llamada seruil, e del voto solemne, por que se embargan los Casamientos (a).

Seruil condicion es la segunda cosa por que se embarga el casamiento. Onde si algun ome que fuesse libre, casasse con muger sierua (b), o muger sierua con ome libre, non sabiendo que lo era, tal casamiento non valdria (1); fueras ende si el libre consentiesse en el otro de palabra (2), o de fecho, despues que lo sopiesse, otorgando el casamiento, o ayuntandose a el carnamente. Mas si tal casamiento como este fuesse fecho, sabiendo el libre (3) que el otro era sieruo, ante que lo fiziesse; valdria el matrimonio, e non se podria por esta razon desfazer. La tercera cosa que embarga el casamiento, es voto solemne que alguno prometiesse, para entrar en Religion (4), segun dize en el Titulo de los Religiosos, en la ley que comiença: Solemne. Ca tal voto como este embarga el casamiento, que se non faga; e si fuere fecho, deuenlo desfazer. Mas si el voto es simple (5), segun dize en la ley de que fezimos emiente en esta, como quier que embarga el casamiento, que non vala, non lo deuen desfazer, despues que fuere fecho.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

(b) Acerca de la esclavitud véase nuestra nota 2.ª a la L. 3, tit. 11, P. 1.

LEY XI.—Impedit matrimonium conditionis error, ut si liber cum ancilla contrahat, quam liberam credebatur; nisi postea liber verbis, vel factis, aut copula consentiat: idem si scienter contraxit. Item votum solemne de religionis ingressu impedit contrahendum, et dirimit post contractum; secus de voto simplici. Hoc dicit.

(1) *Non valdria.* Ut in cap. *si quis ingenuus*, et cap. *si femina*, 29. quæst. 2.

(2) *Palabra.* Vide in dicto cap. *si quis ingenuus*, et cap. *si femina*, et cap. *proposuit* 2. et cap. *ad nostram* 4. de *conj. servor.*

(3) *El libre.* Adde cap. *si quis liber*, et cap. *si quis ancillam*, 29. quæst. 2.

(4) *Entrar en religion.* Id est, cum profitetur religionem: et idem, si votum solemniter per susceptionem sacri ordinis, ut in cap. unico de *voto*, lib. 6. et in cap. 1. *qui cleric. vel vovent.*

(5) *Es simple.* Concordat cap. *veniens* 3. et cap. *rursus* 6. *qui cleric. vel vovent*, et procedit hoc etiam, si ille, qui rogit simpliciter, contrahat cum eo, qui similiter voverat. Gloss. in cap. fin. 27. quæst. 1. et ibi vide, qualiter tali casu unus alii possit reddere debitum, cum nullus eorum possit exigere. Et nota, quod ille qui contrahit cum vovente simpliciter, si est conscius voti alterius, peccat mortaliter. Gloss. in cap. 1. 27. quæst. 2. Et an dispensare potest Episcopus in isto voto simplici, ut vovens possit exigere, vide Joan. Andr. quod sic, in dicto cap. *rursus*, et Abb. in dicto cap. *veniens*, eod. tit.

LEY XII.—Del parentesco carnal, e spiritual, e de la cuñadia, que embargan, e desfazen los Casamientos (a).

Parentesco, e cuñadia fasta el quarto grado (1), es la quarta cosa, que embarga el casamiento que se non faga; e si fuere fecho, deuenlo desfazer. Otrosi el parentesco spiritual (2), que es entre los compadres, e los padrinos con sus afijados, embarga el casamiento, ante que lo fagan, e si es fecho deuenlo desfazer. Ca el compadre non deue casar con su comadre, nin el padrino con su afijado; nin el afijado, o el afijada, con el fijo, nin con la fija de su padrino, o de su madrina: ca son hermanos spirituales. Otrosi porfijando algun ome alguna muger, non deue casar con ella, nin ninguno de sus fijos, mientras que durase el porfijamiento. Eso mismo seria, si alguna muger porfijasse a algun ome.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEY XII.—Consanguinitas, et affinitas, et publicæ honestatis iustitia, impediunt contrahendum, et dirimunt jam contractum de facto usque ad quartum gradum: idem de cognatione spirituali, et idem etiam de cognatione legali, ut in exemplis hujus legis. Hoc dicit.

(1) *Quarto grado.* Vide in cap. *non debet* 8. de *consanguin. et affinit.* et infra tit. 6. per totum.

(2) *Parentesco spiritual.* Vide infra tit. 7. ll. 1. 2. 3. 4. 5. et 6. ead. Partida, et de ultimo dicto hujus legis vide in l. penult. et fin. ejusdem tituli.

LEY XIII.—De los que fazen pecado de incesto, que non deuen casar (a).

Feos pecados, e desaguisados, fazen los omes muchas vegadas, de manera que se embargan los casamientos por ellos. E esta es la quinta cosa que tuelle a los omes, que non deuen casar. E porque los omes se pudiessen guardar de fazer estos pecados, touo por bien la Santa Iglesia, de mostrar quales son. El vno dellos es, vn pecado que llaman en latin incestus (1), que quier tanto dezir, como pecado que ome faze yaziendo a sabiendas con su parienta (2), o con parienta de su muger (3), o de otra (4) con quien ouiesse yazido, fasta el quarto grado; o si yoguiesse alguno con su madrastra, o con madre, o fija, o con su cuñada, o con su nuera; o si alguno yoguiesse con muger de Orden (5), o con su afijada (6), o con su comadre. E esso mismo seria, de las mugeres que yoguiesse con tales omes, con quien ouiesse debdo en algunas de las maneras sobredichas;

que qualquier destos sobredichos, que fiziesse tal pecado, non deuen casar: pero si casasse, como quier que non lo deuia fazer, valdria el casamiento (7). E maguer que de suso dize, que los que fazen pecado de incesto, que non deuián casar; si lo algunos fiziesse, que fuesse tan mancebos (8) que non pudiessen mantener castidad, puedeles la Iglesia otorgar que casen. E qualquier de los sobredichos, que fiziesse tal pecado, maguer fuesse casado, non se deue ayuntar a su muger, si non en aquellas sazones que ella lo demandare (9); e avn despues que ella muriesse, non deue casar, si non fuere tan mancebo, que non pueda guardar castidad: pero si casare, valdra el casamiento.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.—L. 1, tit. 29, lib. 12 de la N. R.

LEX XIII.—Committitur incestus scienter factus cum consanguinea, aut affine, quæ est conjugis consanguinea, vel alterius præcognita mulieris, infra quartum gradum, aut cum noverca, privigno, nuru, filiola, commatre, aut religiosa: et talia committens debet abstinere, nisi sit juvenis, à contractu matrimonii: sed si contraxit, tenet matrimonium; sed tamen non reddat debitum carnis, nisi petatur ab eo. Hoc dicit.

(1) *Incestus.* Incestus est consanguinearum, vel affinium abusus, cap. *lex illa*, 36. quæst. 1.

(2) *Con su parienta.* Ista lex in hoc verbo, et alijs sequentibus vult, quod incestuosus impediatur matrimonium contrahere, et si de facto contraxerit, non possit exigere debitum ab uxore, non solum quando commisit incestum cum consanguinea uxoris, sed etiam si cum propria ejus consanguinea, vel alijs commisit crimen incestus: et istam opinionem tenuit etiam Gloss. in cap. *de incestis*, 33. q. 3. in Gloss. fin. et videtur probari in cap. *si quis viduam*, 32. quæst. 7. et hoc etiam tenere videtur Hostiens. Joan. Andr. et Abb. in cap. 1. *de eo qui cognov. consangu. uxoris suæ*, dum generaliter dicunt, quod incestuosi non possunt contrahere matrimonium: hoc etiam tenet Angel. in summa, in parte *incestus*, §. fin. Ricard. tamen, et Archid. Flor. et S. Thom. et etiam Summa Rosel. prout refert Silvest. in summa, in parte *matrimonium* la 7. §. fin. tenet contrariam, imò, quod hoc intelligatur solum de incestuoso cum uxoris consanguinea, vel de incestuosa cum consanguineo viri: et fundamentum istorum est, quia licet non sit minus, sed majus peccatum, cognoscere propriam consanguineam, vel permittere se cognosci à propriis consanguineis, quando est mulier: non tamen reperitur de jure cautum, nisi cum consanguineam uxoris vir, vel uxor viri consanguineum cognoscit, et non de consanguineis propriis: et quod non injuriatur tantum maritus, neque matrimonium, quando cognoscit consanguineam propriam, sicut si cognoscit consanguineam uxoris: et secundum S. Thom. incestus ponitur ut impedimentum, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis, quam causat: et ceterè multum urgent rationes istorum, et quia cap. 1. et cap. *ex litteris* 8. *de eo qui cognov. consanguin. uxoris suæ*, quæ in hoc loquuntur, expressè loquuntur, quando consanguinea uxoris cognoscitur, et dict. cap. *Decretorum* non ita hoc dicunt expressè; et potest intelligi, quod si incestuosi copulentur, disjungantur, et quod non intelligantur prohibiti contrahere cum alijs: sed quia ista nostra lex ita interpretatur jura Canonica, standum est fortè ei, et Doct. juris Canonici ita tenentibus.

(3) *De su muger.* Adde cap. *qui dormierit*, 32. q. 7. et cap. 1. et cap. *ex litteris* 8. *de eo qui cognov. consanguin. uxoris suæ*.

(4) *O de otra.* Nam coitu fornicario contrahitur affinitas, cap. *præterea* 12. de *sponsal. cap. ex litteris* 8. *de eo qui cognov. consanguin. uxoris suæ*.

(5) *Con muger de su orden.* Vide in cap. *virginibus*, 27. quæst. 1. et l. 3. tit. 15. lib. 8. *Ordin. Reg. et cap. hi ergo*, 27. quæst. 1.

(6) *O con su afijada.* Est enim major nexus ista spiritualis, quam carnalis, cap. *pietacium*, ubi Gloss. 30. quæst. 3.

(7) *Valdria el casamiento.* Adde cap. *transmissæ* 4. *de eo qui cognov. consanguin. uxoris suæ*.

(8) *Tan mancebos.* Ut in cap. *in adolescentia*, 33. quæst. 2. et Gloss. in cap. 2. *de eo qui cognov. consanguin. uxoris suæ*: et poterit

Episcopus in hoc dispensare, ut vult Archid. Flor. 3. parte, tit. 1. cap. 11. col. 2. Petr. de Palu. in 4. *sentent. dist. 33. quæst. 1. artic. 2.* et vide Abb. in dicto cap. *transmissæ*.

(9) *Lo demandare.* Ut in dicto cap. *transmissæ*, et ibi per Abb. qui dicit, quod potest uxor denegare debitum marito incestuoso.

LEY XIV.—Que pecados embargan los omes, que non deuen casar (a).

Matan a las vegadas algunos omes a sus mageres sin razon, e sin derecho. E porque Santa Iglesia entendio, que este pecado era muy grande, por esso defendio, que el que lo assi fiziesse, que non podiesse cassar (1). Otrosi, el que lleuasse esposa (2), por fuerça, de otro, si yoguiesse con ella, non deue casar. Eso mismo seria del que sacasse su fija de pila maliciosamente (3), quando lo batean, con entencion quel partiessen de su muger, porque non ouiesse con ella que vcer. Otro tal seria del que matasse Clerigo (4) Missacantano, o el que fiziesse penitencia soleune (5), segund dize en el Titulo de los Sacramentos, en la ley que comiença: Escriuiéron los Santos. E como quier que ninguno destos sobredichos non deuen casar; si fueren tan mancebos de manera que non podrian mantener castidad, develes otorgar la Iglesia, que casen. Pero si casassen sin otorgamiento della, valdria el casamiento, segund dize en la ley ante desta.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEX XIV.—Injustè uxorem occidens, aut rapiens, et carnaliter cognoscens alterius sponsam, seu filium proprium malitiosè de sacro fonte levans, ut ab uxore separetur, vel presbyterum occidens, aut publicè penitens, non potest matrimonium contrahere, nisi sit juvenis, et de licentia Ecclesiæ. Hoc dicit.

(1) *Que non pudiesse casar.* Concordat cap. *admonere*, ubi Gloss. 33. quæst. 2. et vide Gloss. in cap. 2. *de penitent. et remiss.*

(2) *Esposa.* Concordat cap. *statutum*, 27. quæst. 2. et vide ibi Gloss. et §. *de penitentibus*, 33. quæst. 2.

(3) *Maliciosamente.* Concordat cap. *de eo*, 30. q. 1. et vide infra tit. 7. l. 6.

(4) *Matasse Clerigo.* Concordat cap. 2. *de penit. et rem.*

(5) *Penitencia soleune.* Vide 33. quæst. 2. cap. *de his* 12. et cap. *antiqui* 19.

LEY XV.—En que manera desuariamente de Ley, o fuerça, o miedo, embargan los casamientos, que se non fagan (a).

Desuariamente de ley, es la sexta cosa que embarga el casamiento. Ca ningun Cristiano deue casar con Judia (1), nin con Mora, nin con Hereja (2), nin con otra muger, que non touiesse la Ley de los Christianos; e si casasse, non valdria el casamiento. Pero el Christiano desposar se puede con muger que non sea de su Ley, sobre tal pleyto (3), que se torne ella Christiana ante que se cumpla el casamiento; e si non se tornare ella Christiana, non valdrian las desposajas. La setena cosa que embarga el casamiento, que se non faga, es fuerça, o miedo (4). La fuerça se deue entender desta manera; quando alguno aduzen contra su voluntad (5), o le prenden, o ligan, e le fazen otorgar el casamiento. E otrosi el miedo (6) se entiende, quando es fecho en tal manera, que todo ome (7), maguer fuesse de grand coraçon (8), se temiesse del; como si viesse armas (9), o otras cosas, con quel quisiessen ferir, o matar, o le quisiessen dar algunas penas (10); o si alguno que ouiesse seydo sieruo (b), seyendo ya libre, lo amenazassen,



quel tornarien en seruidumbre (11); e esto seria, como si alguno que touiesse la carta de su libertad, le dixesse que la quemaria, o que la romperia, si non fiziesse aquel casamiento; o si fuesse manceba virgen (12), e la amezassassen que yazerian con ella, si non otorgasse aquel matrimonio. E non tan solamente embargan el casamiento, que se non faga, todas estas cosas sobredichas; mas si fuere fecho, se puede departir por qualquier dellas: fueras ende, si despues le pluguiesse (13) del casamiento, a aquel que ouiesse recebido la fuerça, o el miedo, e lo otorgasse (14).

(a) L. 4, tit. 11, lib. 2, y L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

(b) En cuanto á la esclavitud véase nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la L. 3, tit. 11, P. 1.

LEX XV. — Non valet matrimonium à fideli cum infideli contractum: sponsalia tamen cum conditione, quòd ad fidelitatem veniat, contracta tenent, si conditio impleatur, aliàs non. Item, nec valet contractum per vim, vel metum qui caderet in constantem virum, in quo computantur metus deflorationis, aut reductionis in servitutem per celationem litterarum libertatis. Hoc dicit.

(1) *Casar con Judia*. Concordat cap. *cave* 15. et cap. fin. 28. quæst. 1. et in §. *ex his*: et posset Papa ex causa in hoc dispensare, quia istud impedimentum est ex constitutione Ecclesiæ, secundum Scotum, et Petrum de Palu. 4. *Sentent.* distinct. 59. quæst. 1.

(2) *Nin con hereja*. Sequitur hæc lex opinionem Gloss. in cap. fin. *de condit. oppos.* contra quam tenent communiter Doct. ibi, et contrarium tenet etiam Gloss. in cap. *non oportet*, 28. quæst. 1. et ista opinio est verior, et probatur aperte in cap. *decrevit* 14. *de hæret.* lib. 6.

(3) *Sobre tal pleyto*. Adde cap. *cave*, et cap. *non oportet*, 28. quæst. 1.

(4) *Fuerça o miedo*. Concordat cap. *veniens* 15. et cap. *consultationi* 28. et cap. *cum locum* 14. *de sponsal.*

(5) *Contra su voluntad*. Hoc dicit Philosophus violentum simpliciter: vide l. 1. in princ. D. *quod metus caus.*

(7) *El miedo*. Metus est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio, dicta l. 1. D. *quod metus caus.*

(7) *Todo ome*. Vir, vel mulier: in muliere tamen minor metus sufficeret, quàm in masculo, Gloss. et ibi Abb. in cap. *cum locum*, *de sponsal.*

(8) *De gran coraçon*. Nota hæc verba exponentia jura, et doctrinam Doct. qui loquuntur de metu, qui caderet in constantem virum.

(9) *Viesse armas*. Est enim terror armorum justus metus, etiam absque eo quòd ea trahentes illis utantur, ut hic, et in l. 5. §. *qui armati*, D. *de vi, et vi armata*, et notat Gloss. et Doct. in l. *C. unde vi*, et procedit hoc etiam si illi qui arma portabant, ea deposuerint ut notat glos. 1. in dicto §. *qui armati*, quàm Angel. ibi dicit diligentissimè notandam: ex quo enim illis erat facultas armis utendi nihil proderit earum depositio, l. *quotiens* 21. §. *in potestate* 3. et l. *in delictis* 4. in princ. D. *de noxal.* l. 5. §. *Nerva* 13. D. *de acquir. poss.* l. *qui potest facere* 174. D. *de regul. jur.*

(10) *O le quiescien dar algunas penas*. Nota benè, quia non requiritur realis illatio, l. *metum autem non vani*, cum duabus sequent. D. *quod met. caus.* et vide Gloss. in cap. *bonæ*, el 1. in verbo *metuebat, de election.*

(11) *En seruidumbre*. Nam servitus mortis æquiparatur, l. *servitutem* 209 D. *de regul. jur.* l. *isti quidem* 8. §. *si is accipiat*, D. *quod metus causa*. Et quid si inferatur metus perditionis honorum? Vide Bart. in l. pen. D. *de conduct. ob turp. caus.* et Bald. in dicta l. *isti quidem*, in dicto versic. *si is*.

(12) *Manceba virgen*. Idem dic, si esset vidua, seu mulier honesta, nam eadem est ratio, et probatur in dicta l. *isti quidem*.

(13) *Le pluguiesse*. Hoc non tantum procedit, si constaret de consensu expresso, sed etiam si de tacito, ut quia cohabitabit cum viro, cum fugere potuisset, vel si consensit in copulam, ut in cap. *ad id quod* 21. *de sponsal.* et cap. *insuper* 4. *qui matrim. accus. poss.* de quo vide Abb. in cap. *ad id quod*, et Oldral. consil. 35. non ergo oportet, ut de novo contrahat, sed matrimonium convalescit ex

spontanea cohabitatione, ut in dicto cap. *ad id quod*. Et ex hoc redditur dubium quoddam consil. Petri de Anch. 228. cum duobus sequent. ubi latè consuluit, quòd si matrimonium fuit à principio nullum, licet ex post facto cesset causa nullitatis, et mulier perseveret in eodem matrimonio, quòd credebatur à principio validum, quòd iste consensus continuativus non habet vim inducendi, ut de novo videatur matrimonium contrahere: nam ut hic vides, licet matrimonium metu contractum sit ipso jure nullum, ut est communis conclusio, de qua per Gloss. Abb. et Doct. in dicto cap. *cum locum*; tamen convalescit ex mutua cohabitatione meticulosa, vel si permittit copulam. Sed dic, quòd Petrus de Anch. loquitur in diversis terminis, ex eo quia in illo casu nunquam intervenit mutui consensus: quòd hic cessat, quia voluntas metu consentientis, ex post facto sequito præsumpto consensu, conjungitur cum alterius voluntate, quæ ab initio matrimonii, et semper duravit; et sic cessat dictum Anch. in quo nullitas consensus, aut causa nullitatis ad initio ex utroque latere militabat.

(14) *Elo otorgasse*. Intelligence, quòd jam non durabat causa metuenti, cap. 1. cum ibi notatis, *de his que vi metus caus. sunt*, et tenet Innoc. in cap. *causam matrimonii, de offic. deleg.* Bald. in l. 1. *C. quod metus causa*, Bart. in l. pen. *de conduct. ob turp. caus.* Bald. in rubr. *C. si quis aliquem test. prohib.* col. 8. et fin.

LEY XVI.—Quales Ordenes embargan, e desatan los Casamientos (a).

Nueve grados de Orden ha en Santa Iglesia, segun dize en el Titulo de los Clerigos. E destos los tres mayores embargan el casamiento. Onde qual Clerigo quier que fuesse ordenado de alguno de los tres mayores Ordenes (1), assi como de Subdiacono, o de Diacono, o de Preste, non deve casar; e otrosi, si casare, deve ser desfecho el casamiento. E esta es la octava cosa que embarga el casamiento, que se non faga; e si fuere fecho, devele desfazer. La nouena cosa es, quando alguno es ligado (2), por mal fecho que le fizieron, de manera, que non puede yazer con muger. Pero esto se entiende, si avia ya el embargo, ante que se desposasse con ella por palabras de presente. Mas si despues (3) que el casamiento fuesse fecho, viniesse este embargo, o otro, de enfermedad, o de qualquier manera, non se desfaria el matrimonio por el; fueras ende (4), si fiziesse fornicio spiritual, o corporal. E spiritual seria, si se tornasse hereje, o de otra Ley; e corporal, si yoguiesse con otra muger, si non con la suya, o ella con otro ome, si non con su marido.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEX XVI.—Nullum est matrimonium contractum per clericum in sacris ordinibus constitutum: ligamen etiam, ut quis non possit copulam exercere carnalem, contingens ante sponsalia, impedit, et dirimit; si tamen post matrimonium talis infirmitas contingat, non dirimit matrimonium, nisi propter fornicationem spiritualem, ut si fiat hæreticus; vel corporalem, ut si unus conjugum cum alio fornicetur. Hoc dicit.

(1) *Mayores Ordenes*. Concordat cap. *si quis eorum* 7. et cap. *erubescant* 11. et cap. *lectores* 8. et cap. *placuit* 13. 32. dist. cap. *à multis* 9. *de stat. et qualif.* cap. 1. et 2. *qui cleric. vel vovent.* non tamen susceptio sacri ordinis dirimit matrimonium jam contractum; licet non sit carnali copula consummatum: de quo vide Joan. Lupi Decan. Segov. in suo tract. *de matrim.* fol. 3. qui per multa in matrimonio non consummato tenet contrarium: vide ibi.

(2) *Ligado*. Vide in cap. *si per sortitias*, 33. quæst. 1. et l. 5. et 6. tit. 8. infra ead. *Part.*

(3) *Si despues*. Vide in cap. *dixit Dominus*, 32. quæst. 1. et in cap. *si uxorem*, 32. quæst. 5. et 32. quæst. 7. cap. *hi qui*, et cap. 1. et 2. *de conjug. lepros.* Sed quid si sumus in dubio, an istud impedimentum præcessit matrimonio, an postea, subsequutum sit? Gloss. 33. quæst. 1. in summa, tenet, quòd præsumitur supervenisse favore matrimonii, et idem tenet Goffr. in summa, tit. *de frigid. et malefic.*

et Bart. in authent. *de nuptiis*, §. 1. col. 4. Abb. tamen in cap. *fraternitatis*, col. 2. vers. *sed est dubium*, tenet contrarium, imò, quòd præsumatur præcessisse; qui dicit non ob stare cap. *licet ex quadam, de testib.* nam procedit secundum eum, ubi matrimonium potest habere suum effectum, scilicet, evitacionem fornicationis, vel bonum prolis, quod in isto casu non est propter impotentiam coeundi; et dicit esse mirabilem limitationem ad dict. cap. *licet ex quadam*: et hanc opinionem tenet etiam Anton. in cap. *laudabilem*, eod. tit. *de frigid.* et ante Abb. istam limitationem posuit Joan. Andr. in dicto cap. *fraternitatis*, et in istam partem videntur magis communiter Doct. inclinare, et tenet Ricard. in 4. dist. 34.

(4) *Fueras ende*. Vide supra eod. tit. l. 7.

LEY XVII.—Que embargos esloruan, e defenden el Casamiento (a).

Publica (1) honestatis justitia, tanto quier dezir en romance, como derecho que deve ser guardado por honestidad de Santa Iglesia, e del Pueblo. E esta es la dezena cosa, que embarga el casamiento, que se non faga, e si fuere fecho, desfazelo. E cuñadia fasta el quarto grado, es la onzena cosa que embarga el casamiento; e lo desfaze, si fuere fecho, segun dize en el Titulo de las Desposajas (2). La dozena cosa que embarga el casamiento, e lo desfaze si es fecho, es quando el ome ha tan fria natura (3), que non puede yazer con la muger. La trezena cosa que embarga el casamiento, e le desfaze, es quando alguno se casasse seyendo loco, segund dize en este Titulo en la ley que comiença: *Casar pueden*. La catorzena cosa que embarga el matrimonio, e lo desfaze, es quando aquellos que casan, non son de hedad (4), nin han entendimiento, para consentir el vno en el otro, nin son guisados en miembros (5), nin en cuerpos, para ayuntarse carnalmente.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEX XVII.—Publica honestatis justitia, frigiditas, furor, minor ætas, sunt alia impedimenta matrimonii. Hoc dicit.

(1) *Publica honestatis*. Vide supra tit. 1. l. 4. et fin. et quæ ibi dixi.

(2) *Desposajas*. Vide etiam supra eod. l. 12.

(3) *Fria natura*. Vide in cap. *laudabilem* 5. et in cap. *fraternitatis* 6. *de frigid.* et in l. fin. infra tit. 8. eadem *Partit.*

(4) *Son de hedad*. Vide supra tit. 1. l. 6.

(5) *En miembros*. Et constabit hoc per aspectum, veluti quia vir habet membrum suum aridum, ut perpendit Innoc. et Joan. Andr. in dicto cap. *laudabilem*; refert tamen quosdam ibi dicere, quòd sicut per virgam desiccatur, seu paralyticam, potest quis urinam emitte, ita semen; quòd dicit non credere Petrum de Sansone, nisi hoc asserant naturales: idem si haberet membrum nimis carnosum, ita quòd excederet aliorum membra, puta quia patitur elephantiam, quæ est quedam species lepræ, ut dicit Avicenna. Mulier quandoquæ non est cognita, quia non convenit ei suus par, et ipsa non convenit pari, et indiget unusquisque eorum permutatione: vide per Host. et Joann. Andr. in dicto cap. *fraternitatis, de frigid. et malefic.*

LEY XVIII.—Como non deuen casar contra defendimiento de Santa Iglesia, nin en tiempo de las ferias (a).

Deuiedo (1) de Santa Iglesia, es la quinzena cosa que embarga los casamientos. E seria, como si algunos quiescien casar, e dixessen otros contra ellos, que eran parientes, o cuñados; o que alguno dellos era desposado en otro lugar; o poniendoles otro embargo derecho delante, por que non deuen casar; e la Iglesia les defendiesse por alguna destas razones, que non casassen, fasta que sopiessen cierto, si era el embargo atal,

por que non deuiessen fazer el casamiento: sobre tal defendimiento non se deuen casar. E si lo fizieren, si el embargo fuere atal, por que non deve ser desfecho (2) el matrimonio porende, deuenles dexar en vno, e non los deuen departir para todavia, mas para tiempo señalado, si lo touiere su Perlado por bien, en que fagan penitencia del yerro que fizieron, porque se casaron contra defendimiento de Santa Iglesia. Otrosi el tiempo de las ferias (3) embarga el casamiento en algunas cosas; de manera, que non deuen velar (4) los novios en ellas, nin meter la novia (5) en poder de su marido, para yazer con ella. Pero si algunos contra esto fiziescien, non los deuen departir porende; fueras en la manera (6) que dize de suso en esta ley. Mas si non los quiescien departir, deuen facer penitencia, porque lo fizieron en tiempo que non deuen. E como quier que estas cosas non deuen fazer en los dias feriales, bien pueden fazer desposajas en ellos, e matrimonio por palabras de presente (7). E las ferias, en que deuen estas cosas guardar, son estas (8): desde el Domingo primero del Auieto, fasta en las ochauas (9) de la Epifania. E desde el Domingo de la Septuagesima, fasta las ochauas passadas de Pascua mayor. E desde el Lunes de las Letanias, que es ante de la Ascension, fasta las ochauas de Cinquesma, que se acaba en el Sabado (10).

(a) L. 7, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEX XVIII.—Non debent in facie Ecclesiæ nuptiæ celebrari, aut de novo conjuges copulari, à prima dominica Adventus usque ad octavas Epiphaniæ completas, et à dominica in septuagesima usque ad perfectas Resurrectionis octavas, et die lunæ Letaniorum ante Ascensionem usque ad octavas Pentecostes inclusive: aliàs possunt conjuges in penitentiam ad tempus separari à cohabitatione: idem si contraherent contra interdictum Ecclesiæ; sed causa interdicti non potest dimittere matrimonium. Hoc dicit.

(1) *Deuiedo*. Vide in materia per totum, *de matrim. contracto contra interd. eccles.*

(2) *Desfecho*. Quia causa prohibitionis non erat perpetua, sed temporalis, ut in cap. 1. 2. *de matrim. contracto contra interd. eccles.* secus si causa prohibitionis esset perpetua, ut notat Gloss. in cap. *tua, de sponsa duor.* et adde, quòd etiam si Papa simpliciter inlibet matrimonium contrahi per aliquos, adhuc tenebit matrimonium contra prohibitionem contractum, quando causa prohibitionis non erat perpetua; si tamen Papa prohibuisset, decernens irritum, et inane matrimonium; tunc matrimonium contra tale interdictum contractum non teneret, cum per hoc reddat eos inhabiles, quòd potest Papa facere, sicut fecit in cognatione legali, vel spirituali, et in aliis impedimentis de jure positivo expressis: et de effectu hujus clausule decreti irritantis, vide Innoc. et Abb. ibi, col. 5. et in cap. *dilecto, de præbend.* Felin. in cap. *cum accessissent, de constit.* col. 5. et 4. et in cap. fin. col. 10. eod. tit. et in cap. *cæterum*, col. 15. *de rescript.* et Socin. cons. 87. col. 5. 3. vol. et cons. 67. pen. col. eod. vol. et Dominic. in cap. 2. ut lite pend. in 6. Alexand. consil. 97. 5. vol. et Specul. in tit. *de legato*, §. *nunc ostendendum*, vers. 37. *pronuntiat.*

(3) *De las ferias*. Vide de his in cap. *non oportet*, cum sequent. 33. quæst. 4. et cap. *capellanus 4. de feriis.*

(4) *Velar*. Est ergò his temporibus prohibita celebritas nuptiarum, et traductio ad domum.

(5) *Nin meter la novia*. Vide in cap. *neque uxor*, 35. quæst. 4.

(6) *En la manera*. De mandato scilicet prælati, et ad tempus feriarum, ut dicit Abb. in cap. *capellanus, de feriis.*

(7) *Por palabras de presente*. Et probatur in dicto cap. *capellanus*: et ibi vide per Abb. an liceat his diebus matrimonium consummare per copulam carnalem; qui tenet, quòd non: si tamen sponsa ante hos dies esset benedicta, licitum est exigere secundò post pri-